

aed.<sup>4</sup> reg. III vetusta[te | dilapsam a solo ma]gistri anni CXXI<sup>5</sup> sua impensa restitu[er.] | . . . . . Phoebus, A. Nonius A. I. Onesimus, | . . . . . Callistus, L. Valerius L. I. Eutichus.

*Romae, olim in horto quodam in Quirinali, sed incertum num ibi rep., est in museo Capitolino (VI 452 vidit Henzen). — 1) Sacellum Iovis Fagutalis inmemorant Varro de l. L. 5, 452; Plin. h. n. 16, 37. Cf. Jordan Top. II p. 253. — 2) A. 109. — 3) Cf. N. 5616 not. 3. — 4) Aediculam. — 5) Huius igitur vici primi magistri videntur iniisse a. 742 (ante Chr. 12).*

**3621** Laribus Aug. et [Genio | in]p. Caes. !!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!<sup>1</sup> [P]ii Felic[is Aug. pont. max., trib. pot. II, cos., p. p.], | aediculam reg. VIII vico Vestae<sup>2</sup> v[etustate conlapsam] | a solo pecunia sua restituer[unt magistri anni CCXX. . .<sup>3</sup>]: . . . [nius Pius, L. Calpurnius Felix, . . . . [per] | C. Iulium Paternum praef. vigil.<sup>4</sup> em. [vir.<sup>5</sup>, L. Mario Maximo II] | L. Roscio Ael[iano cos.<sup>6</sup>], | curantibus M. Servilio Crispo et M. Serv[ilio] . . . . .

*Romae rep. a. 1878 ad ecclesiam S. Pauli extra muros (VI 30960 = Eph. ep. 4, 746 vidit Henzen). — 1) Erasa sunt nomina Severi Alexandri. — 2) Vicus hic praeterea ignotus videtur nomen habuisse a celeberrimo templo Vestae, quod, situm in foro Romano, pertinuit ad regionem octavam urbis. Illo loco lapidem hunc antiquitus stetisse patet (cf. Jordan Top. I 2 p. 297 not. 126). — 3) Annus, quo hic titulus positus est, p. Chr. 223, fuit vici ducentesimus tricesimus, si sumimus, in hoc vico magistrorum primos iniisse anno u. c. 747. — 4) Antea procurator fuit in Dacia (III 1565). — 5) Alium praefectum vigilum eminentissimum virum habuimus supra N. 465 (not. 3); cf. quae exposui Eph. ep. 7, 1207. — 6) A. 223.*

**3622** Laribus | Agusto[r]um (sic) do[minoru]m nostro[r]um et Ca[sa]rum (sic).

*Veronae (V 3259 vidit Mommsen).*

**3623** C. Marcus Apilus<sup>1</sup>, | magister Larum | Augustor.<sup>2</sup> et Genii | Caesaris August., | hic situs est. | In f. p. XX, in ag. p. XX.

*Italicae in Baetica (II 1453 saepius descripta saec. XVI–XVIII). — 1) Cognomen non certum (variant descriptors). — 2) Magistri Larum Augustorum, ordinis libertini ut videtur, fuerunt et Tarracone (II 4295. 4297; magistri Larum II 4504. 4506. 4507. II S. 6106) et in aliis oppidis Hispaniae.*

**3624** C. Laetilio M. f. A[palo] | Ilvir. quinq.<sup>1</sup>, | Lares Augustales et | Mercurium piscatores | et propolae de pecun. sua | f. c. i. q. p.<sup>2</sup>

*Carthagine nova (II S. 5929 Huebner vidit ectypum; ex. scr. eigr. 227). — 1) Intellegendum, aut: cum duovir esset Laetilius, aut in honorem Laetili. Laetilius ille collega fuit regis Ptolemaei, Iubae filii, in quinquennialitate, vivo etiamtum Augusto, testibus nummis (Eckhel 4, 160), ex quibus etiam cognomen supplevimus. — 2) Faciundos curaverunt idemque probaverunt.*

**3625** Genio domnor., Cereri, | T. Pobjicius Crescens Laribus | publicis dedit imagines argent. duas<sup>1</sup> | testamento ex HS ∞ ∞.

*Patauii fuit inde a saec. XVII, sed fortasse oriunda ex Dalmatia, basis (V 2795 vidit Mommsen). — 1) Scilicet alteram Genii dominorum, alteram Cereris, quarum imaginum sunt vestigia in basi relicta.*